

nobis expriment id, quod in persona illius peculiariter nobis esse considerandum. Invenimus ibi notas imperii, & hanc esse ratio quam habet ad Filium suum, qui creaturam omnium absolutus est Dominus. Adnotandum in ea quamdam amaritudinem, & hoc in illa considerare possumus in vita ejus mortali. Deus enim deduxit illum per juges passionis ad provisionem mortis Salvatoris ab ipsa Simeonis Prophetia, & memoria Passionis ejusdem, ex quo lugubri adfuit spectaculo fuit gladius anceps, quo anima ejus fuit semper tranfverberata. Admirantur etiam in Sancto hoc nomine lumina, & influxus, ex quibus insignes fructus percipiuntur. Idem.

Cor Virgo placuit in oculis Dei.

Prima laus, quam Caelestis nuntius impertit Dominæ nostrae, his verbis exprimitur: Gratia plena: quibus innuere vult non solum ipsam Deo acceptam esse, sed aperit etiam principium, per quod habuit eidem placendi felicitatem. Gratia illam efficit eam in oculis Dei, dignam ejus obtutu, & amore. Prævenit illum Deus gratia, & beneficiis; neque enim per se potuit a peccato præservari; non secus ac ex nihilo educi, ex mera Dei liberalitate hæc hausit magnifica dona, hæc valida subsidia, mirabiles gratias, quæ extulerunt illum supra meras omnes creaturas, & quæ prima etiam posuerunt fundamenta Spirituales ædificii sui in montibus altis, ut cum Propheta loquar, hoc est in perfectiori altitudine præ omnibus Angelis, & Sanctis. Sed illa his gratiis tanta cum fidelitate respondit, ut dicere possumus verissime gratiam in ea nunquam inutilem, vel otiosam fuisse. Hanc illa cum grati animi sensu recepit; inde reulit incrementa, quæ mentium nostrarum infirmitas cognoscere non potest; eam omni cura servavit, quæ res infinite pretiosa servari potest; & procul dubio gratiam tanti fecit, quanti Salomon Sapientiam, quam omnibus terræ thesauris, fortunæque bonis censebat præferendam. Idem.

Cor Virgo placuit in oculis Dei.

Placuit in oculis Dei Sancta Virgo, non ob regale genus, non ob corporis formam, non ob naturalia spiritus sui lumina; sed propter gratiæ dona, quibus anima illius ornata fuit, propter præstigiū virtutum omnium, quibus fuit occupata, propter profundam humilitatem, integram obedientiam, patientiam invictam, zelum ardentem, consummatam caritatem, perfectamque puritatem cordis, sensuum, animæ, cogitationum, & affectionum, quæ non aliud nunquam obiectum habere, nisi Dei amorem, atque servitutem. Ea quid concipere debeamus, cum dicimus *Maria gratia plena*, & si postquam illam ita consideravimus, ad nosmet ipsos animum advertimus, fateamur nos Dei bonitati, ejusque infinitæ misericordiae debere omnia subsidia, quæ nobis ad salutem contulit, tempus, quod ad poenitentiam agenda concessit, afflatus, quibus nos ad illam invitavit. Agnoscamus hæc Dei beneficia, tamquam favores, quos meriti non habemus, & quibus etiam eramus indignissimi. Sed gratias hæc reclusam fideli responsione, & sciamus fieri non posse, ut in peccati statu placeamus Deo, & per omnia natura bona accedamus ad illum. *Autior recens.*

Explicitio horum verborum, Dominus tecum.

*Dominus tecum.* Quoniam anima adheret Deo per gratiam, Angelus, qui concessit fuerat Sanctam Virginem esse gratia plenam, merito perhibuit illi testimonium præsentis Dei, & peculiaris ejusdem adfinitatis, dicens illi: *Dominus tecum.* Quodam mihi esse potest gaudium, cum Cæli lumen non videam? Sed quod bonum sperare potest anima, & quam gustare tranquillitatem, cum separata est ab eo, qui creavit Caros, & qui omnem eorum gloriam constituit? E contra quod malum timere, & quo privari bono potest, si Deus eest cum illa? Cum ergo Maria præstantissimam hanc percipit certitudinem, habet, unde suum expleat animum; non solum quia Deus verum est, & unicum bonum illius, sed quia tale erat etiam in illius æstimatione. Deus igitur fuit cum illa, tamquam ipsius fortitudo, & præsidium; & dicere poterat: *Si ambulaveris in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu cum meo es.* Deus fuit cum illa tamquam lumen ejus; ita illa falli non potuit, & illa milites dicere debuit hæc verba, quæ illi melius quam alcei cuiquam conveniunt: *Aeternum Verbum tuum, infallibilis Sapientia tua, Verbum, quod mihi dedisti in Incarnatione illius, lux est oculis meis, & dux vitæ meæ.* Deus fuit cum illa tamquam obiectum sui amoris, cui illa semper adheret, ideoque illa nihil præter eum cupere potuit; & procul dubio illa verus, quam alius quilibet dixit, quod bonum invenire possum in Cælo, aut in Terra dignum corde meo, cuius tu supremus es Dominus, & totum, & pars! Hæc igitur verba significant in ore Angeli, unionem Sacratæ Virginis cum Deo per gratiam. Credibile est etiam illum extendisse eorum sensum, ac Mysterium ad unionem, quam habitura erat cum Deo, tamquam Mater cum Filio suo; & cum illam salutamus, cum illa congratulari debemus de hisce duabus prærogativis, ad dicere debemus illam unionem quam modo habet cum Deo in gloria, eamque in hoc statu respicere eo majori cum voluptate, quo hæc unio perfectior est. Tamen cum illi magis cordi sit nostra felicitas, quam nobis sit gloria illius, ca-

veamus ne illa nobis obiciat modicum sensum nostrorum sinceritatem, & ne illam existimemus tantum felicem, quantum dicimus, in supremi boni possessione, si quid aliud semper, hoc contempto, perquirimus. Si vero iustam illius æstimationem fovemus, incessanter metumus, ne separemur, etiam ad brevissimum temporis intervallum; & adhareamus Deo per conformitatem nostrarum voluntatum cum sua, ut hæc unio inchoata per amorem in terra, per gloriam consummetur in Cælo. *Autior recens.*

*Benedicta tu in mulieribus*, adjectæ Angelas, ut Dominæ nostræ declararet, Deum illi concessisse gratias omnes, quæ aliis illustribus mulieribus fuerant distributa, & favores omnes, qui aliis fuerant divisi, in una ipsa congregari. Igitur per hæc verba intelligere debemus illam in gratia fuisse creatam, & in excellentiori gradu præ illa, quæ Hevæ concessa fuit in ipso ipsius creationis articulo. Ipsa fuit fortior, castior, fidelior, illuminator, ac tandem perfectior in donis omnibus atque virtutibus, quam Mulieres virtute præditæ, quas nobis Scriptura commendat: & dicere possumus illas fuisse figuras, & umbras imperfectæ excellentiæ Sanctissimæ Virginis; sed in illis inveniri non potuisse, ne minimum quidem imaginem Privilegii ceteris incommunicabilis, & quod illi specialiter concessum fuit, cum electa fuit Mater Dei, futura Mater simul, & Virgo. Habet igitur illa puritatem, quam tamquam thesaurum suum Virgines jactitant; hæbet etiam fecunditatem, quam gloriæ sibi vertunt Matres. Duo hæc bona, quæ seorsim diversum habent pretium suum, in illa collecta sunt per miraculum, quod illa colligit, & congregat in persona sua. Hæc gratia ita specialiter reservata erat Mariæ, ut una fit Mater simul & Virgo, sicuti Jesus unus est, qui simul sit Homo, & Deus. Et S. Bernardus addidit, sicut Deus Hominem fieri volens, non nisi ex Virgine nasci poterat; ita Virginem, quæ postest esse Mater, non nisi Deum-Hominem parere potuisse. Divina hæc Materitas, quæ Mariæ eest inextimabilis prerogativa, eest etiam origo, & fundamentum ceterarum, quæ propter Angelas, qui dicere poterat absolute, Sanctam Virginem benedictam esse super omnia creata; quippe re ipsa superat quidquid magnum est infra dilectum Filium suum in Natura humana, & Angelica, dicere voluit explicitè illam esse benedictam inter omnes Mulieres, ut ostenderet rationem suæ felicitatis, & Materitatis. Tamen cum tenemur considerare eminentem hanc qualitatem tamquam ceterarum gratiarum fontem, quibus Beata Virgo cumulata fuit; fatendum est tamen hanc non esse maximam, & Mariam beatiorum fuisse quod Jesum Christum amavit, eique paruit, quam quod illum concepit, & peperit. Benedicta est inter Mulieres, & super cetera creata non eo quod præcipue fit Mater Dei, sed quia electa, ut Dei Mater eest, recepit abundantiam gratiarum, quæ decebant statum, ad quem erat destinata; ita ut secundum testimonium Sanctorum Patrum sit sanctitate, quam dignitate beatior, Ne queramus ergo, si non licet nobis ad alterarum horum privilegiorum contendere, cum ad alterum aspirare valeamus; vel benedicamus potius magnificentiæ Salvatoris, qui utrumque nobis dignatur communicare, & concedere nobis secundum spiritum privilegium, quod Sancta Mater habuit etiam secundum carnem, quandoquidem illis, qui fecerint voluntatem Patris sui, promittit, se facturum illos sublimis hujus affinitatis participes, & quicumque conceperit in corde suo Jesum Christum, posse illam etiam optinere consiliis, & exemplis parere in corde proximi sui. Cum his sensibus repetere possumus Angeli verba ad Sanctam Virginem, gaudios & gratulantes illi benedictiones; & manifeste exultantes gaudios, quod illæ causa fuerint in ejus animam, freti fore ut per illius intercessionem aliquæ celestis hujus roris guttæ super nos effundantur. *Autior recens.*

*Et benedictus fructus ventris tui Jesus.* Ecclesia quæ per Nomen Jesu finem facit precibus omnibus, quas Patri suo nuncupat, non nisi per idem finem facere potuit laudibus, quas Sanctæ Virgini offert. Spiritus sanctus, qui præest Ecclesie, eique suos sensus inspirat, infundit postrema hæc verba Sanctæ Elisabeth, eo tempore, quo Maria illam invisere dignata est, *Benedicta tu in mulieribus*, ait illi, *Et benedictus fructus ventris tui*; quod velle innuere; Tu matrum omnium felicissima quidem es, sed quæ quem sinu geris, causa est tua felicitatis. Quæ veritas non est in dubium revocanda; quia patet per se, & delecta Verba, quibus Sancta Mulier usa est, hoc ipsum significant. Non dicit illa, benedictus filius tuus, sed utra eest nomine fructus, quia sæpe accidit, ut filii in Parentum fuorum gratiam benedictionibus replentur; quod Filio Mariæ convenire non poterat; & e contra fructus non habetur in pretio propter arborem, quæ illum producit; sed arbor propter fructum. Hæc benedictio Filii Virginis se in illam effundit uberrime veluti super jusculum, quod illi propius erat, atque conjunctum; & omnia magnalia, quæ admiramur, in illa sunt effectus gratiæ, cuius Jesus erat principium. Sed felices hæc communicationes non illic subsistunt;

Quid innuere, re voluit it Angelus Virgini dicens; Benedicta tu in mulieribus.

Quid intelligendum sit per hæc verba.

runt; aquæ salubres universam terram irrigaverunt; & in omnia secula effusa sunt. Fluvius est, qui ascendit versus Originem suam, ut sanctificaret antiquos Patriarchas, a quibus Corpus Salvatoris suam hausit originem. Torrens eest, qui evertit potestates inferni, qui peccata submergit, qui roborat animas nostras: Est denique fons aquæ vivæ, qui nobis apertus est in Sacramentis; qui nobis terrenarum rerum situm auferit, & qui ad principii sui locum rediens, resilit usque in Cælum, ut nos illic perducatur, & ibi fiat torrens Sanctarum deliciarum, quibus in omnem æternitatem saturabimur. Sanctus Paulus videbat terminum harum pretiosarum exundationum, cum postquam retulit verba, per quæ Deus recepit, se benedictionibus repleturum omnes Mundi gentes per merita Filii sui, subdit in gratiam, & per unionem capitis hujus adorabilis Patrem æternum distribuisse omnes spirituales benedictiones, quæ nobis jus conferunt in Cælum, & quæ nos apertè efficiunt ad gloriam comparandam: Igitur Jesus Christus fons eest omnium benedictionum, & omnes benedictiones in illum conferenda sunt; non secus ac fluvii, qui ex mari ducunt originem, jusse tributum aquarum suarum mari perferunt. De hoc ipso dictum fuit, ipsum dignum esse, qui possideat potestatem, sapientiam, & divinitatem, & qui recipiat gloriam, laudes, & benedictiones omnium creaturarum. Ante thronum illius Cæli Principes offerunt coronas suas, & sicuti Sacratæ Virgo recepit ab illo propius gratias, & dona magis sublimia, sic etiam illi gratias agit summa cum submissione. Sensus ejus assequitur, qui cum illa, & per illam benedicit Jesum Christum, considerans illum tamquam finem omnium consummationis, videlicet, tamquam obiectum omnium perfectarum actionum. Sancta Virgo videtur cum gaudio devotos famulos suos laudare Filium suum dilectum, ac toties multiplicare suas benedictiones quoties illum salutant. Ipsa illum ore eorum benedicit, & majori cum zelo, quam olim Propheta, dicit illis; venite filii,

vobis ostendam mirabilia, quæ fecit Deus mihi; & in glorificatio illum tamquam communem Dominum nostrum, & simul adorabile nomen illius glorificemus. Hoc illa nobis perit tamquam potissimum officium nostrum, & illam laudaret, qui sibi non proponeret gloriam Filii sui tamquam finem ultimum officiorum omnium, quæ illi perferuntur. Hæc igitur extrema Angelicæ Salutationis verba illa sunt, quæ jucundissime tangunt cor Dominæ nostræ, & ea sunt, quæ a nobis majori cum obsequio, & devotione sunt proferenda. Verum ut nostræ benedictiones, & laudes æquis auribus recipiantur, expiemus corda nostra, vitæque nostram componamus; quia Deo placere non potest laus in ore peccatoris; & inutilis atque superfluitio eest cultus benedicere Nomen Salvatoris precibus, & sermonibus nostris, donec illud dedecoramus actibus, qui longissime abhorrent ab ejus consiliis, & exemplis. Idem.

Debemus singularem præstare cultum Sanctissimæ Virginis, quod facimus cum ad precandum utimur prima illa parte Salutationis Angelicæ: *Ave Maria gratia plena; Dominus tecum; benedicta tu in mulieribus.* Nam *Deum summis* & *laude laudibus*, & *gratiis agendis celebramus*, quod Sanctissimam Virginem omni celestium donorum minere cumulavit, ipsique Virgini singularem illam gratularum felicitatem. *Jure au em Sancta Dei Ecclesia hunc gratiarum actionem precem etiam, & implorationem Sanctissimæ Dei Matris adjuvat*, quæ pia, atque speculiter ad eam confugerimus, ut nobis peccatoribus sua intercessione conciliat Deum; bonasque cum ad hanc, cum ad æternam vitam necessaria impetret. Ergo nos exules, filii Hevæ, ac lacrimarum vallem tuolumus; affluat Misericordia Matrem, ac fidelis populi Adlocutionem invocare debemus, ut oret pro nobis peccatoribus, ab eaque hæc precem optem, & auxiliam implorare, cuius, & præstantissima merita apud Deum, & summam voluntatem juvandi humanum genus, nemo nisi imple, & nefarie dubitare potest. Ex Catechismo Concilii Tridentini.

# CÆREMONIÆ MISSÆ, ET SACRIFICII EUCHARISTICI. MONITUM.

**D**EI Filius non solum ex Ecclesia fecit Mysticum Corpus suum; voluit etiam singulari beneficio, quod satis admirari non possumus, eidem conferre absolutam fore in naturale Corpus suum protestatem. Hæc enim potestas est de eodem ad arbitrium disponendi, offerendi illud in Sacrificium pro vivis, atque defunctis, ad conditum temporis articulum subestans sub specie panis, & vini omnibus temporibus, omnibusque in locis, omnibus inserviendi necessitatibus, ac se se convertendi in omnes usus ad fidelium salutem necessarios, quæ illum offerri possunt cum sacerdote, & cum eo communem efficere Oblationem, ut eadem loquitur Ecclesia; Ut meum, ac vestrum Sacrificium acceptabile sit apud Deum.

Ut igitur illud digno Deo offerat Ecclesia, satis non putat cogere Fideles, ut huic adint Sacrificium cum ea omni devotione, quæ fieri potest, maxima: Adde de peno suo ceremonias maxime conformes, & quæ altissimam nobis admittunt ideam magnitudinis ejus, & finis divini hujus Sacrificii, videlicet representandi nobis perfectissima ratione illud, quod in Cruce peractum est: Ceremonias quas per constantem tenet traditionem, & quæ ideo præscriptæ, & instituta sunt ab Apostolis; quæ res fecerunt Catholicam a Protestantibus Sacrificium hoc non habentibus, & quibus deest illius offerendi potestas, vel qui amiserunt eam, quam legitime acceperant ante schisma suum, per Sacramentum Ordinis, quod antea illos Ecclesie membra constituat. Finitus explicabimus hæc Ceremonias, quin repetamus ea, quæ a nobis dicta sunt de Sacrificio Missæ in Bibliotheca nostra, ubi Tomo Quarto locuti sumus sub titulo Eucharistiæ in duplici Tractatu seorsim, quatenus Sacramentum est, & quatenus Sacrificium.

## DE CÆREMONIIS

Missæ, & Eucharistici Sacrificii.

**E**X omnibus gratiarum actionibus, & obsequiis, quæ homines præstant Deo propter infinitas ipsius perfectiones, & propter admirabilia bona, quibus homines cumulavit, nullum magis naturale, & legitimum eest Sacrificio; hoc enim fatetur Supremum Dei postestatem super creatura omnia, eadem coram ipso deferentes. Profiteremur illi, nobis persuasum esse, illa ex nihilo educta fuisse per meram ipsius liberalitatem, quin indigeret illis ad felicitatem suam, vel gloriam constituendam; illum adhuc potentem manu sua servare, ne cadant in originis suæ abyssum; illum unicum esse supremum eorum dominum, primum principium, extremumque finem, & sicuti omnia illa totum esse suum tenent ab illius potestate, ita illa totum debere gloriæ ipsius. Itaque Sacrificium jus est ita proprium Dei, atque ita incommunicabile, ut ipsa superiorum Principium vanitas, qui sibi divinos honores vendicaverunt, nunquam ausa sit hoc fibi usurpare, quemadmodum S. Augustinus animadvertit. Omnes populi hoc obsequium genus soli tribuerunt Divinitati, quorum eorum pietas venerata est, vel quam mentium error effinxit. Primi homines sacrificia obtulerunt vero Deo. Moyses lex multigena præcipiebat; & lex gratiæ unum tantum habuit admirabile, cuius cetera figuræ fuerunt, quod semel in Calvario oblatum fuit, & quod hæc genus quotidie in Altari instituitur. *Autior recens.*

Ecclesia Catholica in cultu suo nil majus habet, quam Jesu Christi Sacrificium; continet enim omnia personæ ejus magnalia, omnia vite ejus Mytheria, & omnem Religionis suæ Sanctitatem. Illa ibi possidet Hominem-Deum, quantumcumque est, impassibilem, & morientem, Sacerdotem, & Victimam, Altare, & Donum, & Pontificem, & Agnum. Videt in hoc fidei Mytherio realissimum institutionem omnium Mytheriorum Salvatoris, qui divinitus signatur in Altari sine per eandem virtutem, quæ genitus fuit in Sinu Patris; ibi quotidie incarnatur per Verbum suum in manibus Sacerdotum; ibi conjungit mortem, & vitam suam, opprobria, & gloriam, Crucem, & Resurrectionem, misericordias, & judicia. Invenit illa totum cultum hominum erga Dominum suum, Deum infinite adorabilem, cui uni Sacrificium debetur, & adoratorem infinite Sanctum, qui unus par est offerendo illi dignum se Sacrificium: illa ibi nobis ostendit complementum omnium Sacrificiorum legis antiquæ per solam hostiam, quam omnia figurarunt; illa denique veros Christianos eformat ex qualibet conditione in hoc fonte gratiarum omnium, per magna

Quæ sunt prærogative, & characteres Sacrificii Missæ.



Re postum Apostolos, qui natione erant Hebraei, illud verisimiliter deduxisse ex nomine Missæ, quod invenitur in capite 60. Deuteronomii, & quod voluntariam significat oblationem. Et profecto nihil est, quod sit magis voluntarium, vel institutum, vel in praxi, vel in fine, quem sibi Dominus noster proposuit. In institutione quidem, quia tunc nullum habebat motum validiorem, quam zelum pro gloria Patris sui, neque amorem vehementiorem, quam hominum, & licet, nihil magis esse voluntarium, quam amor. Voluntarius est in praxi, quia nullus Sacerdos consecrare potest, quin habeat intentionem, hoc est voluntatem saltem virtutalem. In fine vero, quia Jesum Christum sibi proposuit bonum animarum, quod Missa certissime procurat tam audientibus, quam celebrantibus illam. *Auctor recentis.*

Jure affirmari potest Missam, significare *oblationem*, & *substantiam*, quia nullum est subsidium quod tribui possit patientibus animabus, quod in Missa non invenitur, vel per effectum, vel tamquam principium, vel per virtutem aliquam, & que sit æquivalens. J. C. est in hoc adorabili Sacramento in persona propria, ille, qui fidelium est liberator. Sacerdotis Communio una est ex partibus substantialibus Sacrificii. Ibi invenitur orationes tam publica, quam privata. Publica fit nomine Ecclesie totius, privata secundum devotionem, & intentiones particulares, quas habere potest Sacerdos. Adest etiam mentalis oratio, sive adhibeatur pro vivis, seu pro defunctis, & in utroque *momento* præter applicationem quæ fit omnium animarum facultatum tam ad consecrandum, quam ad recipiendum Salvatore, atque ut meretur, excipiendum, illi subjungendo quoddam sumus, & quidquid possumus pretiosis illis momentis, quæ Communionem subsequuntur; Ibi quoque Oratio adest vocalls, cum peccantur a Deo ea quæ in communi, vel privatim sunt necessaria, vel cum illi de acceptis beneficiis agimus gratias. Deinde sanctæ affectiones ubertim ille distribuntur animabus, quæ sepe, ut par est, disponunt; verum etiam Corpus, Anima, divinitas, & omnes gratiarum thesauri, quos recipimus offerentes Deo divinum Sacrificium, & cui adstantes participes efficiuntur. *Auctor recentis.*

Quæritur: Missæ Sacrificium est ne idem ac illud Crucis? Respondetur, Sacrificium Missæ est J. C. immolatus in Crucis, qui præfatus est in Altari post consecrationem, & qui ibi offertur tamquam in Crucis immolatus pro nobis. Si ex me quaeritis, utrum ibi fiat Sanguinis effusio, ut in Crucis, respondeo, ibi fieri quidem ejusdem Sanguinis effusionem quoad substantiam, sed alio modo; quia hæc effusio non fit eo modo, qui videtur, atque extra venas J. C., ut in Crucis; sed in corporibus, & cordibus communicantium, quæ effusio est Mystica, Sacramentalis, atque Sanctificans. *Sanctus Augustinus lib. 4. de Trinitate cap. 14.*

Necessitas Sacrificii Missæ inde patet, quia necessario participes fieri debemus oblationis, quæ J. C. obtulit semetipsum in Crucis, & Victimæ, quam obtulit pro nobis, quia hoc est fundamentum, & unicum medium nostræ salutis. Verum est, ipsum absolute obicem, cum morti traditus fuit pro peccatis nostris; delevit enim chirographum decreti, quo æternæ morti adjudicabamur, affigens illud Crucis. Sed quemadmodum, ut quis participes fieret fructus veterum Sacrificiorum, comedendum erat de Victimâ Sacrificatâ; ita ut sanctificemur per J. C. Sacrificium, & participes fiamus Victimæ, quam obtulit in Crucis, videlicet Corporis sui, vere comedenda est juxta verbum illud Filii ejusdem Dei, *nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & Sanguinem ejus biberitis, non habebitis vitam in vobis.* *idem.*

Liquet autem Sacrificium Missæ esse proprie novæ legis Sacrificium, quod pluribus appellatur nominibus, & potissimum Missa vocatur. Hoc illud est Sacrificium, quod constituit Sacerdotium novæ legis; Sacrificium secundum quod J. C. est Sacerdos æternus secundum ordinem Melchisedech: *Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Cum hoc Sacrificium sit idem, ac illud quod offertur ab universa Ecclesia mundi hujus, & quod æternum offeretur in Cælo cum hoc discrimine, quod adhuc latet sub signis, velatum sub speciebus panis pro hac Ecclesia terrestri; & non est sub visibilibus signis absconditum in Cælo. Juvat enim semper meminisse in Ecclesia unitate tres esse Ecclesias, Judicam, Christianam, & Cælestem: in quarum priori sunt figure, & signa sine veritate; in altera veritas est in figuris; & tertia demum possidet veritatem sine signis, sine integumentis, & palam. *idem.*

Non aliunde melius decemur modum, quo eruentum Sacrificium in Crucis fuerit consummatum, quam ex ceremoniis cum quibus Ecclesia celebrat hoc admirabile Mysterium. Ornatus celebrantis ipsas representat vestes, quibus Supreme novæ legis Sacerdos amictus fuit; velum, quod illius faciei fuit obtentum, vincula, quibus revinctus fuit; omnia commemorata sunt, omnia depicta, quantum licet præsentationi. Ibi exprimitur stationes, quas fecit bajulus Crucem suam. Ara figura est Galvarii; Separatio Sanguinis,

Explicatio Ceremoniæ Panis Missæ.

Sacrificium novæ legis in quo differat ab illis legis antiquæ.

De necessitate Sacrificii Missæ.

Idem est Sacrificium in Missa, ac in Crucis.

Quid significet nomen Missæ.

qui seorsim ponitur in Calice, indigat effusionem in Crucis factam, & consumptio Specierum Sacramentalium est viva imago destructionis victimæ, quæ in vero Sacrificio esse necessaria. In tota hæc augusta Ceremoniâ ne minus quidem est gestus, quod non aliquam habeat cum Mortis Sacrificio relationem. Unde argumentor, si hoc verum est Corpus Salvatoris, & illud ipsum, quod in Crucis obtulatum fuit, & quod modo in altariis nostris sacrificatur, impiorum invidias, & hæreticorum irrisiones totidem esse blasphemias; nam antequam illis jus esset improbandi cultum, quem Salvatori præstamus; efficientes id, quod nos facere jussit in sui commemorationem; opus esset, ac liqueret, in figura tantum in divino hoc Mytherio contingere, quemadmodum nunc docet Calvinista. Præterea servant ne illi ipsi ullas ceremonias in Cœna? Nemo ne inter illos est, qui non putent criminiosam esse profanationem uti hoc tamquam vulgari pane, ac illo vesci sine reverentia; neque enim eviter possent Sancti Pauli anathematata, qui maximum omnium scelera putant, non discernere Corpus Domini ab aliis communibus esis. Oportet ergo ut aliquas ceremonias adhibeant; cumque hoc maximum sit inter eorum Sacramenta, possunt ne illi nimiam præferre reverentiam erga magnum istud Mytherium? Quænam autem hæc reverentia, sine aliqua exteriori ceremoniâ, quæ significet estimationem, & sensum intrinsecè conceptum? Sunt ergo semper injusti, dum improbant, quod ipsi faciunt, & approbant in aliis, quod ipsi in se facere nequeunt cum apparatu, & ceremoniâ, quævis Mytherium non aliud contineret, nisi quod credunt. Non ferantur hic loci propugnare realitatem Corporis, & Sanguinis Dei in Adorabili Eucharistia; dico solum, id quod in medium proferant ad destruendum cultum qui præstat adorabili Sacramento in hoc incretuo Sacrificio, scilicet ceremonias, quæ in illius honorem adhibentur, illud esse, quod illos ipsos redarguit impietatis; quoniam Ecclesia nullo unquam tempore illas adhibuit, nisi illi persuasum fuisset, in hoc Sacramento contineri verum Corpus Salvatoris, & hoc Sacramento substantialiter esse idem, ac Crucis, quia harum ceremoniarum pars adhiberi nequeunt nisi erga Deum, cuiusmodi est adoratio; & alia supponunt illum ipsum realiter recipi, & non in figura solum, velut illa, quibus unum, ut digne tanto huic Mytherio communicemus, & alia; quæ aliquando inanes, & inutilis essent. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Non ultra immoraretur de ceteris originem nominis Missæ; verum si illius substantiam callere velimus, nonne voti compotes esse debemus, cum audimus Jesum Christum hoc præcipientem Apostolis, & per Apostolos Ecclesie sue, ut sacrificet, & sacrificantes recolat sui, suarumque passionum commemorationem? Legamus veteres Liturgias; id satis innotescet. Videamus quid docent primi Ecclesie sæculi Patres. Sanctus Ignatius Martyr hoc palam significat, cum ait: *Nefas esse Episcopo non consentiente baptizare, oblationes esse, & facere Sacrificium;* & idem ubi loquitur de Domino nostro ait, *deest illi Sacrificium novum nostri Testamenti; Sacrificium quod offert Ecclesia Deo pro mundo universis, quemadmodum per Apostolos edocta fuit.* Sanctus Hippolytus Martyr sub finem sermonis quem nobis reliquit de Antichristo, loquentem inducit Jesum Christum quatenus Supremum Judicem electis animabus, & incipientis a Sacerdotibus, hæc dicentem exhibet. *Venite Ministri Sæci, qui sancti inordini, noliteque mihi obtristis Sacrificium, & querite immolatis presens Corpus meum: Poterat ne aperius loqui de Sanctæ Missæ Substantia.* *idem.*

Nulla pars est ceremoniarum Missæ, quæ ab Ecclesia, Sanctique Patribus probata non sit. Introitus, Gloria in Excelsis, Epistola, Evangelium, Præfatio; aliaque partes probatæ fuerunt, & diligentissime commendatæ a maximis viris antiquitatis. Sanctus Cyprianus, Sanctus Cyrillus, Sanctus Augustinus, & Sanctus Ambrosius, aliaque plures egerunt de Missæ ceremoniis, easque probantur. Sanctus Hieronymus verba facit de Oratione Dominicali; constat Agnus Dei Sancti Joannis Chrysothomi eorum recitari consuevisse. Altaria, Calices, ornatus, & ætæ benedictioita palam in Sanctis Patribus occurrunt, ut obduratissimus quisque teneretur cedere veritati, quam affirmo, si oculos habere vellet lecturus, quæ dico, & mentem doctorem veræ fidei institutus. Altaria ubique inveniantur. Calicis veritas probatur a Sancto Cypriano in egregia illa epistola, quæ una sufficere potest ad evellendam errorem, quem impugno. Immoror dumtaxat istis, quæ Sanctus hic scribit de Calicibus his verbis. Declaratur, aquam cum vino esse admiscendam; videlicet in Salvatoris Calice aquam mixtam esse cum vino. Sed quid opus est Patrum sententiam expiscari, ubi Scriptura palam semet aperit, ut liquet ex verbis consecrationis Calicis? *idem.*

Sacrificium Missæ fit, & offertur non solum Deo, ut illa Legis antiquæ, sed etiam de Deo, quod novæ proprium est: ubi Sacerdos, & Victimâ sunt unam, & idem, & ubi Salvator nobis relinquere voluit vivam, æternamque suæ mortis representationem; ita ut, quemadmodum verba quibus

Omnis partes ceremoniæ Missæ a Sanctis Patribus probatæ sunt.

Sacrificium Missæ non solum fit Deo, sed etiam de Deo, quod novæ proprium est: ubi Sacerdos, & Victimâ sunt unam, & idem, & ubi Salvator nobis relinquere voluit vivam, æternamque suæ mortis representationem; ita ut, quemadmodum verba quibus

quibus divinum hoc probavit Sacramentum, fuerunt præctica, & operantia, ac virtute sua maturant panis, & vinum substantiam in Substantiam Corporis, & Sanguinis sui; ita hæc alia verba, *hoc facite*, fecerunt ex his Apostolis tot Sacerdotes novæ legis, & contulerunt illis veram potestatem ponendi, & offerendi super Altaribus nostris hoc ipsum Corpus, & Sanguinem in Altaris Sacrificio, cui vos singulis diebus adhibitis. Hoc ipsum significat verbum illud *facite*, quod in lingua Hebraica, Græca, & Latina eandem vim habet, eademque significationem; *facite hoc*, videlicet, sacrificate, ut ego sacrifico, quasi diceret illis, amor, quod vos prosequor fecit, ut mortis meæ sacrificium præverterem, immolans me manibus meis; sed non sufficit mihi hic caritatis excessus; illud instaurare volo manibus vestris omnibus scæulis: quapropter confere vobis potestatem hoc ipsum faciendi: incepti mortem meam per hoc Sacrificium; illam continuabitis: Hanc re ipsa quamprimum subibito, & illius memoriam heretibus per hoc Mytherium, quod offeretis. Jamjam effusurus sum pro omnibus hominibus Sanguinem meum, vos illius virtutem singulis applicabitis, hoc medio; denique si mortis meæ pretium infinitum est, vos faciam illius dispensatores per hoc sacrificium, in quo totum continetur. *idem.*

Religio, Sacrificium, & Sacerdotium tria sunt adeo arte conjuncta, vel potius inter se inseparabili nexu colligata, ut unum sine aliis nequeat subsistere; ideoque omnia eadem sunt obnoxia periculo sine in institutione, sive in destructione, seu tandem in mutatione, quæ temporum lapsu contingere valeat. Hinc Sanctus Paulus Apostolus argumentatus est, cum legis Antiquæ Sacerdotium mutatum, atque translatum fuerit per Legem Evangelicam, necesse esse ut Religio quoque transferatur, quoniam hæc duo sunt, quæ sibi in se adherent, & quæ separari non possunt: *Translatio Sacerdotii, necesse est, ut legis quoque translatio fiat.* (Ad Hebr. 7.) Unde cum Sancto Augustino potest inferri, nullam unquam fuisse Religionem fæc salam, in qua nullum fuerit Sacrificium institutum ad colendam Divinitatem, & debitum illi obsequium præstandum per cultum exteriorem, & denique ad ostendendam sententiam interiorem, quem habebat de illius magnitudine. *Nulla fuit gens tam barbara, Sanctus hic Doctor ait, quæ non sacrificaverit his, quos aut paravit, aut finxit esse Deos.* (Lib. 10. de Civitate Dei; c. 4.) Hoc illud est, quod præsuppono in hoc argumento: præsuppono inquam, quia nonnulli immemor horum temporum hæretici negarunt hanc veritatem, ipso rationis lumine cognitam; quos persuasive debentur tot argumenta, quod extiterunt Sacerdotes, Altaria, & Sacrificia ab ipsa Orbis civitate, & in omnibus Religionibus, quæ ulquam fuerunt. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Alterum, quod non minus verum est, & quod ne ipsi quidem negant hæretici, hoc est, Christianam Religionem hodierna die non solum esse unam veram, sed etiam Sanctissimam, atque perfectissimam earum, quæ unquam fuerunt; quippe quæ altissimos habet fines divinitatis, ideoque magis tenetur illos ferre præ se sollemnioribus protestationibus, & Mytheriis augustioribus, quod facere nequit nisi per Sacrificium, qui præclarioribus, præstantissimum est religionis actus, quippe qui pro scopo, & fine proprio, ac naturali quaerit conseri, & profecti excellentiam, & magnitudinem Dei, cui adhibet cultum suum, tamquam Supremo rerum omnium auctori. Hoc efficit, ut progrediatur, & præsupponam tertiam veritatem, cujus cognitio profus est necessaria, ut nobismet ipsos æquam ideam magnitudinis ejus boni, quod possidemus in adorabili Altaris Sacrificio; videlicet, cum Religio Christiana ita supra omnes Religiones evecta sit, potissimè, ut Dei Filius in Ecclesia sua institueret Sacrificium, toto Cælo spectabilius, & dignius Majestate Dei, & quod magis deceret Institutorem hujus Religionis, etique conformis dignitati Sacerdotii, cujus ille omnia munera exercuit. *idem.*

Altaris Sacrificium una est ex fundamentalibus veritatibus, quarum opus est, ut Fideles adulti distinctam habeant cognitionem. Quid augustius eo, quod Jesus Christus offert in hoc Sacrificio? Hic fons est salutis scientibus penetrare Salvatoris Mundi consilia. Impii, & peccatores ibi perniciem, atque suam damnationem inveniunt, ubi iusti, ac boni affuerunt hauriunt saluberrimas aquas gratiæ. Ecce car voluerit Deus, ut tanti momenti argumentum in pluribus Evangelii sui locis retractaretur. Non fatis illi fuit, nos docere, cum amor suus illum cogit, ut pro nobis tantum miraculum operaretur. Videtur impatiens fuisse explicandi hominibus beneficium, quod præparabat illis. Cum Altaris Sacrificium sit viva mortis ejusdem imago, unus ex præcipuis fructibus hujus Sacrificii est *annuatiare mortem Domini*; noluit nobis dare Corpus, & Sanguinem suum quam cum prope fuit, ut pro salute nostra moreretur. Sed Salvatoris amor pati nequit donec perveniat hoc tempus, ut nobis offerat gratias ineffabiles, quas in nos cupit effundere. Longe pridem promiserat, quod postmodum tanta cum misericordia conceit. *Annus Evangelicorum Tomo sexto.*

Necesse est, ut fideles distinctam habeant cognitionem hujus Sacrificii hujus cognitio.

Ex omnibus gratiarum actionibus, & obsequiis, quæ ad Altaris Sacrificium pertinet, nihil est, quod magis naturale, vel legitimum est, Sacrificio. Per hoc supremam contemur Dei in creaturas omnes per se ostentat; Ea destruentes coram illo profiteremur nobis per se ostentat esse hæc ab ipso per meram liberalitatem educta fuisse, quin eorum indigeat vel ad suam felicitatem, vel ad gloriam; ipsum illa sustinere adhuc omnipotentem manu sua, non recedant in abyssum originis suæ; ipsum solum esse eorum Dominum, primum principium, & novissimum finem; & sicuti omnem obtinent essentiam ab ejus potentia, eam omnem debent gloriæ ipsius. Itaque Sacrificium jus est adeo proprium Dei, & adeo incommunicabile, ut vanitas ipsa horum superbiorum Principum, qui divinos sibi honores vendicant, nunquam istud usurpare sit ausa, ut Sanctus Augustinus animadvertit. Omnes populi obsequium hoc soli Deo contulerunt, quem vel per pietatem venerantur, vel per errorem Deum esse putant. Homines primi vero Deo sacrificia obtulerunt; Lex Moysis omnia Sacrificiorum genera præcipiebat; & Lex Gratæ unum habet admirabile, cujus cetera erant figura, & quod semel obtulatum fuit in Calvario, sed quod quotidie adhuc instauratur in Altaribus nostris; quæ de re Sanctus Augustinus ait, omnia invisibilia Sacrificia nihil esse, nisi fuerint Sacrificia invisibilia spiritus, & cordis, quæ debet homo Deo suo. Si ille Sacerdos est primorum, esse debet secundorum Victimâ, & Deus contemnit, quidquid sibi exhibetur ab homine, nisi offerat se totum in Sacrificium. *Abbas Vetus: in sermone hujus argumenti.*

Quamvis Dei Filius obtulerit in Crucis Sacrificium infiniti pretii, & dignitatis, ac sufficiens ad omnia mundi peccata eluenda, certum est tamen, non ideo nos eximi, quod minus ipsi etiam Sacrificia pro peccatis nostris offeramus; & contra verum, & efficientia ineffabilis hujus holocausti mortis Dei nobis sub hac conditione communicatur, futurum ut nosmet conformemus passionibus illius, ut gloria participes fieri valeamus. Quomobrem Sanctus Paulus Apostolus crebro ait, nos non recepisse baptismum, per quem nobis dimissa fuissent delicta nostra, nisi ut moriamur cum Jesu Christo, ut nosmet a mundo evellemus, & ut nosmetipsos exuamus, & mundi Salvator nonne profertur, neminem esse posse discipulum suum, nisi semetipsum abnegaverit, nisi oderit animam suam, nisi quotidie crucem suam bajulaverit; & nisi illum in omnibus passionibus suis fuerit subsecutus. *idem.*

Nullum est Jesu Christi Mytherium, cujus Sanctissimum Sacramentum non sit representatio, & memoria. Nullum quoque, quod non digne celebratur per divinum Eucharistiam in Missæ Sacrificio. Quæ sollemnitas in Ecclesia, quæ, ut ita dicam, non sit festum Sanctissimi Sacramenti? Et certe dicere possumus, quod offerre divinum Sacrificium est festum celebrare; quoniam est sollemniter celebrare memoriam Institutionis ejus, & in Salvatoris memoriam facere, quod ille operatus est in Cœna novissima. Divinum Sacrificium id est, quod est reverentia dignissimum, sanctissimum, & maxime sollempne in omnibus festivitatibus. Omnes dies festi, S. Joannes Chrysothomus inquit, sunt festus dies divini hujus Sacrificii. Ita ut eadem ratio, quæ tantum vetuit, ne in Ecclesia peculiaris institueretur Festivitas in honorem Sanctissime Trinitatis, veterat etiam, ne particularis quoque institueretur in honorem adorabilis Eucharistie, donec tandem divina bonitas, quæ omnibus consulet Ecclesie necessitatibus, prævidens, deinceps inferretur impiis hæreses, quæ impugnant, & omni impietatum genere coinquinarent divinum hoc Mytherium, Ecclesie mentem iniecit peculiarem festum diem instituendi. *Pater Christi in Ascensu Tomo quarto.*

Salvator, inquit Theologi, instituit Eucharistiam, singulariter sibi proposuit honorem deferre Sacro Corpori suo, vel ad reparandam injuriam Passionis suæ, vel ob reliquendam fidelibus, qui illum in terris viventem videre non poterant, consolationem dirigendi ad ipsum obsequia sua sub signo, quo continetur usque ad finem seculorum. Ecclesia spiritu divini Institutio sui animata referat omnes sollemnitates, omnem cultus sui Magnificandam ad glorificandum hoc adorabile Corpus: quæ subtilis Doctoris sententia est. *Quasi omnis Devotio in Ecclesia est in ordine ad hoc Sacramentum.* (in 4. dist. 8. quasi. 1.) Altaria, l'empia, Sacerdotes, Dies festi, Sacramenta ipsa, & Mysticia, quidquid in Religione augustissimum est, inspirat nobis eam, quam illi debemus venerationem. Divina hæc Victimâ in infinitis quiescit Altaribus in omnibus regionibus terræ, semper Divinitati conjuncta, ubique continens hæc miracula, quæ nos fides docet; pignus, & compendium effectuum magis admirabilium Misericordie, & Omnipotentia Dei. *Sermo Pater la Peste Tomo tertio.*

Le Missæ Sacrificium simul realiter invenitur in solo Sacrificio, quodquid desiderari potest, & considerari in omnibus Sacrificiis; Deus, cui offerendum est; Sacerdos, qui offert; donum, quod est offerendum; quoniam divinus iste mediator, Sacerdos, & Victimâ unus est cum Deo, cui illud

Altaris Sacrificium perfectissimum est, quod gratiarum actionibus pro beneficiis a Deo collatis.

Sacrificium quod filius Dei obtulit pro peccatis nostris in Crucis, non eximit nos a necessitate offerendi ex parte nostra.

De institutione Sacrificii in Missa.

Quid sibi proposuerit J. C. instituens Eucharistiam Sacramentum.

Missæ in Cruce.

Illud offert; & qui conjunctus est, vel potius, qui unum se fecit cum omnibus fidelibus, quos offert, illos cum Deo reconciliaturus. Certum est, ipsum in Cruce simul fuisse & Victimam, & Sacerdotem. Judæi, & Gentiles, qui mortem ipsi intulerunt, fuerunt ejus carnifices, non Sacrificii; igitur ipse obtulit se in Sacrificio, & nos secum obtulit in Cruce. Hæc sunt admirabilia Euchariæ, quam Jesus Christus instituit immediate antequam proficeretur se ipsum in Cruce oblaturus. Illam instituit per amorem, quo suos diligebat; sciens, Sanctus Joannes ait, quod omnis potestas sibi data erat a Patre. Et profecto opus erat, & tali potestate, & amore infinito, ut mutaret panem, & vinum in Corpus, Sanguinemque suum, & ut ante mortem suam in antecessum faceret effusionem sanguinis sui, secundum expressionem Evangelii in textu græco. Hic est Corpus meum, quod pro vobis datur. . . . Hic Calic. hoc Testamentum in meo sanguine, qui pro vobis effunditur. Effusio realis, & mystica in Corpore, & corde communicantium, antequam Sanguis hic palam maneret ex Corpore ejus in Cruce; Autho- ritate.

Missæ Sacrifitium continet omnes conditiones Sacrificiorum legis antiquæ.

Beata to- ta confusio est cum J. C. in Sa- crificio.

Quomodo fides se- preparet- debet Missæ cum fru-

Sacrificium Missæ replet omnes conditiones, quæ conveniebant victimis Legis antiquæ in perfectissimis Sacrificiis. Quatuor enim requirebantur conditiones, quæ efficiantur partes quatuor Sacrificii. Prima erat acceptio Victimæ a Sacerdotibus facta; altera oblatio facta Deo; Tertia mutatio, vel destructio Victimæ; Quarta Victimæ consummatio, vel communicatio. Primum delecta requirebatur hostia, Sacerdotibus cara, & illis accepta secundum ordinem Dei, qui illos docuerat, quid admittere deberent, quid secus pro Sacrificio. Sacerdotes novi Testamenti acceptant panem, & vinum destinata, ut sint Corpus, & Sanguis Jesu Christi; & hanc acceptationem faciunt post electionem Patris Aeterni, qui declaravit dilectum Filium suum Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech, ideoque offerentem panem, & vinum, sed panem mutandum in Corpus, quod destinavit Deus futurum Victimam veram. Secundo Hostia offerrebat Deo per Sacerdotes legis, ideoque ex communi statu excepta. Sacerdotes novi Testamenti repræsentantes Jesum Christum, offerunt Deo panem, & vinum, futurum Corpus, & Sanguinem Domini nostri, pro Salute nostrâ. Tertio in holocaustis, & in Sacrificiis pro peccatis Victimæ immolabatur, & jagulabatur: mutabat statum; Hic panis, & vinum mutantur in Corpus, & Sanguinem Jesu Christi, qui immolatur, & est tamquam in statu mortis super Altari; quia caret functionibus vite naturalis, quam habebat in terra, & qui est cum signis mortis per mysticam separationem Corporis sui a Sanguine, quomodo Sanctus Joannes vidit coram Throno Dei agnum viventem, quandoquidem stabat; sed simul tamquam immolatum, & mortuum propter cicatrices vulnerum suorum, & notas cruentæ immolationis suæ, quas in ipsa etiam gloria conservat. Quarto tandem necessaria erat Hostiæ consummatio. Si offerrebat holocaustum, totum comburebatur in honorem Dei. In aliis Sacrificiis pars absumebatur pro Deo: reliqua distribuiebatur Sacerdotibus, & illis, qui hostiam obulerant. Hic victima tota pro Deo est, & tota consummatur ab hominibus offerentibus illam. Tota, & integra sine ulla divisione communicatur, & consummatur in nobis, quin esse desinat. Liber, titulus: Ceremoniæ Missæ per le Brun Oratorii Presbyterum.

Animadvertendum est Altaris Sacrificium illud esse Jesu Christi, simulque Sacrificium Ecclesie totius, quod offertur cum Jesu Christo; hoc esse Sacrificium omnium Sacerdotum offerentium illud, & omnium eorum, qui illius fieri volunt participes, qui idcirco debent offerre se ipsos in Sacrificium, quemadmodum Jesus Christus, & Ecclesia se offerunt Deo. Audiamus Sanctum Augustinum, qui mirum in modum nos de hac erudit veritate. Tota civitas redempta, videlicet Ecclesia, & societas Sanctorum, & universale Sacrificium oblatum Deo per summum Pontificem, qui obtulit se ipsum pro nobis in Passione sua. Hanc ille obtulit Deo, & in illa ipse oblatum fuit, quia secundum illam mediator est, Sacerdos, & Sacrificium. . . . Atque ut loqui pergam cum Sancto Augustino, videt in Altaris Sacramento a fidelibus cognito, & sæpe adeo instaurato, illam offerri in eadem re, quam offert. Quemadmodum qui offert est Jesus Christus Sacerdos, & idem ipse est donum oblatum; Ecclesia illud offerens debet etiam offerre semet ipsam; & Deus offendit illi hoc Mysterium, loquitur adhuc Sanctus Augustinus, in Sacrificio, quod illa offert quotidie; nam cum illa Corpus sit hujus Capitis, discit semet ipsam offerre per illam. Igitur Sacrificium Missæ est Sacrificium Jesu Christi, & Ecclesie; Solum exterius Sacrificium, quod Deo offerendum est, verum, & unicum Sacrificium, quod ceterorum ideam continet; unicum, quod expiat peccata, quod nobis gratias meretur, & quod usque in seculum finem perennabit. Idem.

Sacri libri etiam atque etiam commendant, ut ante Orationem animam nostram præparemus: Et cum nulla sit præstantior Oratio, quam illa, quæ reddere debet Jesum Christum Altaris nostris præsentem, & nos facit participes

adorabilis ejusdem Sacrificii, ita nulla est, quæ majorem ad Interf. exigit præparationem, quam Missæ Sacrificium. Prima, & optima præparatio est, vita bona, quæ deceat statum Christiani. Ita vixit, sæpe dixere Patres, ut mortuus quotidie acciperet. Secundo loco nosmet præparare debemus per ardens desiderium eundi in Domum Domini, ibique inveniendi ad Aræ pedes omnes Consoles. Et profecto quam non habent fideles causam contendendi ad eum locum, ubi realiter est Redemptor eorum? Quæcumque res illis negotium facerit, placari debent dicentes cum Jona Propheta inter fluctus Maris: *construam me rufum video Templum Sanctum tuum.* Fides eorum tenere deberet animas illorum Sacramento Redemptionis nostræ inherentes. Tertia ratio sese præparandi est genere nostras miserias, concipere quanta est indignitas nostra, fovere sensus Publicani, non audentis fere oculos attollere, cum ingrediebatur in Templum. Nihil magis reverentia dignum est, quam Domus Domini, & si Deus de Legis Tabernaculo dixit, *construamite coram Sanctuario meo, (Levit. 26.)* quæ illis habenda est reverentia in Templis, in quibus offertur Sacrificium Cæli, & terræ. Sanguis Dei hominis facti? Denique ut nosmet præparemus ad hauriendum plurimum fructum ex Sancto Missæ Sacrificio, in quo Ecclesia offertur cum Jesu Christo; nosmet disponere debemus ut nosmet ipsos offeramus, & æsequamur Spiritum Sacrificii Jesu Christi, & Ecclesie suæ. Opus est ut fideles a Deo petant, ut quemadmodum in holocaustis ignis expiabat, & absumebat quicquid in illis terrenum erat, atque carnale, & quod una cum Jesu Christo non potest offerri; ut non solum animæ eorum divino hoc igni expiantur, verum etiam ipsorum corpora, quæ non secus ac animæ, sunt offerenda, & dicere possint cum Sancto Paulo. Quandoquidem habemus summum Pontificem constitutum pro nobis super Domum Dei, accedamus ad illum cum corde vere sincero, sine ulla dissimulatione, cum plena fide omnibus officiis nostris intenti ad intuitum sublimium horum Mysteriorum, quæ nos docet fides, habentes corda expiata per anteriorem aspersionem, sine ulla reprehensione conscientie nostræ, & instaurantes in corporibus nostris puritatem, quam habuerunt per Salutare aquas baptismi. Sed ubi non invenimus in nobis Sanctas has dispositiones, quas Christiani cupere debent: non abiciamus tamen spem nostram quam habere debemus in Misericordia Dei, & fideiter accedamus ad Altare, quia gratiarum omnium est fons. Non habemus Pontificem, qui non possit compensare infirmitates nostras, seruatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adianus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, ut misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in tempore opportuno.

Ecclesia peculiarem habet curam pro illis omnibus, qui aditant Sacrificio. Sacerdos non orat pro se, nisi orat pro illis; sequitur tantum ordinem, quem tradidit Apostolus, orans primum pro suorum peccatorum remissione, & deinceps pro peccatis populi. Offert pro circumstantibus, qui cum ipso, quantum fieri potest offerunt; & qui Dei indigent Misericordia. Sacerdos primum orat pro se, mox pro illis, qui interfunt, tertio pro omnibus fidelibus vivis, atque defunctis. Sed offerens Sacrificium illud præ ceteris spectare debet, ut per expiationem peccatorum nostrorum nobis salutem, vitæque æternam procuret. Sacramentarium Gelasii Papæ ita loquitur: ut hæc Salutaris hostia sit expiatio peccatorum nostrorum, & propitiatio nostra coram Sancta Majestate tua. Ita etiam loquitur Sanctus Cyrillus Jerosolymitanus in Liturgia, & tota vetus Ecclesia, quæ hoc Sacrificium semper appellavit hostiam propitiations pro vivis, atque defunctis. Liber cui titulus: Ceremoniæ Missæ per Patrem le Brun Oratorii Presbyterum.

Nihil Sanctis honorificentius est, quam conjungi Sacrificio Jesu Christi; & nos nihil illis acceptius facere possumus, quam eorum memoriam recolere Sacrificio, quod omnem eorum honorem, & gloriam constituit. Sed hic articulus remoratur complures, qui non ita facile assequuntur Mytheria, & qui non norunt extensionem Sancti Sacrificii. Quidam Catholici non longe procedunt, & inimici Ecclesie Deo Sanctos exasperant, atque etiam Jesu Christo præferret. Offertur, inquit, Sacrificium Jesu Christi, ut cedat in honorem Sanctorum: nonne hoc est magis honorare Sanctos, quam Jesum Christum? Quandoquidem sit, ut Jesus Christus, eorum honori subserviat, hoc nonne est illis exequare, vel etiam præferre, quandoquidem ad Deum confugimus, ut Sanctis honorem deferamus? Hæc difficultas licet speciosa videatur, nonnisi in maligno sita est circumcui, ac sensu, qui appingitur terminis; & ex se statim corrumpit, ubi animadvertatur, Ecclesiam procul abesse a voluntate efficiendi, ut Deus, & Jesus Christus in Sancto- rum honorem subserviat; sed adorans Deum per Sacrificium honorat Sanctos, illos Jesu Christo conjungens, cum quo ipsi se offerunt Deo in Sacrificium. Enucleamus has Veritates.

De elevatio- ne & adoratio- ne Hostie in Missæ Sa- crificio.

Primum, liquet ab Ecclesia Sacrificium non offerri nisi uni Deo, quoniam in utraque oblatione, quæ seorsim fit Hostiæ, & Calicis, uni Deo dirigitur Hostia immaculata, & Calix Salutis pro peccatorum expiatione. Liqueat etiam, quicquid pertinet ad Sacrificium nequaquam ad Sanctos referri, & longissime a veritate abhorret, quod Sanctis Sacrificia offerantur, cum Ecclesia semper professa fuerit se dicere, quod dicit Sanctus Augustinus: Sacrificamus Deo Martyrum, cum in Martyrum memoriam altaria ædificamus: etenim quis unquam Sacerdos dixit ad Altare: Offerimus tibi Petre, vel Paule, vel Cypriane? sed quod offeritur, ostenditur Deo, qui coronavit Martyres in locis designatis ad eos honorandos, quos Deus coronavit. Idem.

Elevatio, & adoratio Euchariæ non semper eodem modo peracta fuerunt, quo in presentiarum. Usque ad initium sæculi duodecimi factis erat Sacerdotibus elevate Sacra- ta dona, Calicem, & Hostiam, dicendo *Per ipsum &c.* vel solum ad verba illa: *Omnis honor, & gloria per omnia sæcula sæculorum, quod hodie vocatur secunda, vel parva elevatio.* Sed a primis Verbis Canonis usque ad finem, Ceteris omnibus erat inclinatus adorans divinam Majestatem, & Incarnationem, cujus Mytheria Euchariæ non est, nisi quædam extensio. *Qui suus vero Sacerdotem, & qui in faciem illius sunt, inquit Amalarus, se inclinans adorantes divinam Majestatem, & Incarnationem Salvatoris, & in eodem Corporis habitu periterant per totum Canonem in finem usque Dominicæ Orationis.* Et sane quomodo homines non adorarent Sacratum Corpus hoc, quod ab Angelis adora-

tur? Ecclesia semper præscribit fidelibus hanc adorationem; quamvis non semper præscriperit quo corporis habitu esset faciendâ: adoratio enim essentialiter consistit in intentione sese subjicendi illi, qui adoratur, tamquam supremo principio suo, & fini extremo; & circumstantiis, in quibus invenimur, inuere possunt hanc interiorem, vel interiorem dispositionem, in quocumque corporis situ positi sumus, stantes, sedentes, genibus flexis, vel in terram prostrati. Variæ corporum posituræ per se ipsas nihil significant, neque reverentiam significant, nisi prout moribus, aut populorum consuetudine determinantur. Hinc semper aliquid occurrit discrimen in hac re, & in tempore, quo efficienda est hæc adoratio inter eos, qui fidem eandem profitebantur. Idem.

Semper maxima cura habita fuit in Ecclesia, ne ulla Sanctæ Euchariæ particula interiret, vel laberetur in terram. Sanctus Cyrillus Jerosolymitanus dicebat recens per baptismum regeneratis, magis metuendum esse, ne minimum intercedat Euchariæ panis fragmentum, quam ne jactura fiat auri, aut lapillorum. Græci communi vocabulo Euchariæ fragmenta dixerunt *Margaritæ*; Sancti Chrysostomi Liturgia ait sub finem Missæ *Sacerdotem, vel Diaconum attonere, & devote omnia consummare fragmenta, & operam dare ne ulla sit reliqua particula, qua dicitur Margarita.* Latini hæc colligunt fragmenta in Calice, ut eadem consumment. Liber, cui titulus: Ceremoniæ Missæ per Patrem le Brun, Oratorii Presbyterum.

De Frag- mentis Eu- charisticis in Altaris Sacrificio.

# DE DEDICATIONE ECCLESiarUM. M O N I T U M.



Quid generatim sermonem habiturus est de Templorum Dedicatione, consulat Historiam Ecclesiasticam, ut discat originem, & progressionem hujus Ceremoniæ, quæ eandem cum Ecclesia facta antiquitatem. Primum Templum in divina Majestatis honorem edificatum a Salomone in lege veteri; & in novissima, quæ extructa fuerunt a primis Christianis Principibus Deo dedicata fuerunt; & mox consecrata singulari ritu, & non communi Magnificentia, quæ quotannis instaurata fuit, sui minus cum eodem apparatu, saltem cum peculiari festivitate, ut videre est in Scriptis Sanctorum Patrum, qui hujus argumenti Homilias conscripserunt. Inter considerationes, ac illationes, quas Sancti Patres ex hac ceremoniæ elucebant, alii quidem latius differunt de reverentia in Templis adhibenda propter hanc Dedicationem, quia sunt Palatia, & locus divina Majestatis, ut videre est in collectaneis, quæ in hoc argumentum edidimus in Bibliotheca nostra Tomo Secundo Titulo de Ecclesie Materialibus. Alii operam dederunt, ut nobis exhiberent Majestatem, & multitudinem Angelorum Mytheriorum, quæ in hoc eodem loco celebrantur, ut videtur Deum concessisse omnia Misericordie sue beneficia erga homines. Verum quin de omnibus hisce rebus loquamur, nisi quantum necesse est, & attinet ad argumentum, potissimum inderemus considerationi Sancti Bernardi, utpote quæ huic ceremoniæ accommodatior videtur.

## DE DEDICATIONE ECCLESiarUM.

Nemo unus ignorat Tempia, & Altaria semper destinata fuisse Augustissimis Ecclesie ceremoniis, quia loca sunt, ubi altissima Mytheria nostra celebrantur, & Sanctissime Christianæ Religionis actiones exercentur; cujusmodi sunt Sacramentorum administratio, communio Corporis, & Sanguinis Jesu Christi, divini Verbi Prædicatio &c. Quemadmodum autem Legis antiquæ Tabernaculum, & Salomonis Templum destinata ad Arcani fœderis aservandum, & ad sacrificandas Victimis Legis antiquæ, non aliud fuerunt, nisi umbra, & figura Altarium, atque Templorum, quæ in lege Nova deservire debent ipsi institutioni Sacrificii cruenti Corporis Filii Dei: ita ceremoniis, quæ tanta sedulitate præscriptæ Deo Moyse pro consecratione Tabernaculi, & Salomon pro illa Templo, non aliud sunt nisi umbra, & figura illarum, quæ Ecclesia semper Spiritu Sancto afflata omni tempore observavit, & hodie etiam observat in Templorum nostrorum, atque Altarium Consecratione. Hinc fit his priores illas tantum Sanctitatem, virtute, & significatione superari, quantum realitate, ac veritate superantur umbræ, & figuræ; unde inferendum est illis efficere debere in Fidelium animis impressiones toto Cælo vividiores, & vehementiores, quam illi facere debebant vel poterant in animis Israelitarum. Hoc autem factis ex hujus Tractatus decursu innosceset.

Templorum Consecratio significat, & representat generatim Ecclesie Spirituales Consecrationem per Jesum Chri-

stum, qui primus est illius pontifex, & peculiarem Consecrationem animarum nostrarum, quæ omnes sibi Sanctas illius ceremoniis debent applicare. Significat etiam, & representat Sanctitatem loci consecrati, qui inde majorem indisplicetur venerationem. Adpersones, quæ magno sunt in numero, donec ceremoniæ peragitur, naturaliter habent finem Spiritualmente expiandi illa, super quæ sunt, & illinc abigendi dæmonem, & principem tenebrarum. Donec illa sunt extra Templum cogitare debemus per adpersonem aquarum Salutarium baptismi, quibus abluti fuimus a labe originali, dæmonem ejusdem fuisse de nostris animabus, & incipisse nostram Deo consecrationem: Ceteræ vero nos movent, ut penitentia lacrimis eluamus peccata, quæ singulis diebus committimus. *Autho. veteri.*

Si ex Sancto Bernardo queritis, quare Ecclesie sint Sanctæ, redder ille vobis, quia omnia ibi Sancta munera exercentur; nam, inquit ille, quomodo locus hic Sanctus non sit, qui toties resonat laudibus Domini? Locus hic, ubi populus Fidelis congregatur, ut reddat Creatori suo cultum, & obsequium, quod debet; atque ut omnia verbo complectar, hic locus, ubi Sanctus Sanctorum, Salvator, & Redemptor hominum interdiu, nocteque habitat, & quem multo magis consecrat reali præsentia adorabilis Corporis sui? Inde igitur proficisci debet profunda reverentia, Sancta formido, quæ percelli debent omnes, quibus ingreffi aliquis Religionis sensus, cum in Templo nostra infuerit, quomodo efficerentur si cum viva fide ingrederentur in antrum Bethleemiticum, vel in Sanctum Sepulchrum, ubi hoc idem Corpus requievit; quippe Sancta hujusmodi loca si nullum excitantiam memoriam augustorum Mytheriorum, quæ

Quid Tem- plorum Con- secratio si- gnificet, & repræsen- tet.